bitorum per meretrices, lenones, ingannulos, baratterios, et lusores ad aczardum, et ad mirellam, ac fossettam, seu restactium in Civitate Gayetae et modo, et forma, quibus ipsi nostrae Curiae debentur in omnibus terris nostris demanialibus in perpetuum pro servitiis. Sub anno 1422.— *Alla p. 273, dove si cita il fol. 130 a t. del* Fasc. *14.*

Universitati Civitatis Casertae, alleviatio duc. 40. de duc. 100. quos solvere debet pro collectis. Sub datum per Iacobum, et Ioannam Reges. Sub die 8. Novembris an. 1415— *Alla p. 270, dove si cita il fol. 91 del* Fasc. *14.*

Nell' anno 1272 in Abruzzo vendevansi: Presutia ad rationem de granis 10. pro quolibet pari presutiorum. Pollastri ad rationem grani unius. Operae ad rationem gran. 5. pro qualibet (1), frumentum ad rationem tt. unius pro quolibet tumulo — *Alla p. 440, dove si cita il fol. 130 del* Fasc. *21 il 1.º*

Nobili domino Ioanni de Monteforti, Squillacii, et Montis Caveosi Comiti Regni Siciliae Camerario Consiliario Familiari, provisio pro solutione gagiorum pro dicto officio Camerariatus ad rationem de unc. quatuor per diem, quae ascendunt ad am. unc. 1460. (anno. 1297) — *Alla p. 65, dove si cita il fol. 279 del* Fasc. *2.*

Magnifico Roberto Ruffo Magistro Iustitiario Regni Siciliae consanguineo Collaterali Consiliario, provisio pro solutione gagiorum ad rationem unc. 33. tt. 10 ratione dicti officii per mensem in anno 1387. — *Alla p. 207, dove si cita il fol. 89 del Fasc. XI.* Che formavano 400 once l' anno.

Il Maestro Siniscalco del Regno avea 400 once l'anno ratione officii Senescalliae in quatuor festivitatibus anni, videlicet: Omnium Sanctorum, Natalis, et Resurrectionis Domini, et Pentecostes (anno 1275). — *Alla p. 779, dove si cita il fol. 39 a t. del* Fasc. *37.*

Tre staia di grano formavano un tomolo, e così pure l'orzo — *Alla p. 660 dove si cita il fol. 181 del* Fasc. *29 seu 30.*

Librae 120, quae sunt rotuli 48. In anno 1275 — *Alla p. 280 dove si cita il fol. 178-179 del* Fasc. *14.*

(1) Cioè grana cinque al giorno per ogni operaio.

Nobili Gurello Orilia de Neapoli legumdoctori Magistro, Rationali ac locumtenenti Magni Camerarii Consiliario privilegium quod eius ann. provisio unc. 75 pro gagiis dicti officii Magni Camerarii prorogetur ad suos heredes in perpetuum solvendae super Cabella plateae maioris Neapolis et dohanae. Sub anno 1387. — *Alla p. 274, dove si cita il fol. 145 a t. del* Fasc. *14*.

Universitati Terrae Marzani vassallis Magnifici Iacobi de Marzano Comitis Squillacii Regni Siciliae Admirati Collateralis Consiliarii alleviatio an. unc. 39 de an. unc. 49 quas solvere tenetur pro collectis in perpetuum intuitu dicti Admirati, qui tam ipse, quam predecessores sui a dicto Castro Marzani ab hactenus sumpsere cognomen. In anno 1388. — *Alla p. 212 dove si cita il fol. 140 a t. del* Fasc. *XI*.

In Terra Seniczese, et Foscolini de districtu Aquilae, dominus Rex est dominus dicti Castri, et tenet ipsum in demanio, et feudatarii in dicto Castro sunt Comes Rogerius de Celano, Sanso, et Raynaldus filii domini Thomasii Sansonis, filii domini Berardi de Podio, filii domini Bartholomei Fortisbrachiae, filii domini Palmerii de Paganica, Franciscus de Sinicio, Odorisius et Mattheus filii Berardi Minerii et alii multi sine cognomine cum eorum iuribus distinctis (Anno septimae Indict. 1294). — *Alla p. 110, dove si cita il fol. 37 a t. del* Fasc. *6*.

Dominus Petrus de Marcriis tenet feudalia in Aversa cum vassallis ann. val. unc. 30 (1325). — *Alla p. 462, dove si cita il fol. 114 a t. il 2.° del* Fasc. *21 il 2.°*

Franciscus de Marerio tenet Castra Marerii, Petrellae, et Girgenti, et quartam partem Ciculi, quam emit a domino Bernardo de Cancimpenduto an. val: unc. 120 (Anno 1325). — *Alla p. 465, dove si cita il fol. 126 del* Fasc. *21 il 2.°* In questo documento si cognomina pure Francesco *de Morerio* ed il castello di *Mareri* si dice pure di *Moreri*.

Petro de Columna, quod quedam Castra sua, quae tenent illi de Marerio ponantur in manus Curiae (Anno 1310)— *Alla p. 502, dove si cita il fol. 157 e a t. del* Fasc. *22*.

In Rocca Berardi et in Rocca de Saltu Dictae Terrae sunt in manibus domini nostri Regis devolutae ex proditione

domini Ioannis de Manerio, et capta ibi informatione de numero Iudicum, qui creari solent in Rocca Berardi, constat esse unum — *Alla p. 514 dove si cita il fol. 104 del* Fasc. *23*.

Nell'anno della sesta e settima indizione sotto Carlo 1.° di Angiò Ruggierio Manerio avea feudi in Calabria. — *Alla p. 578, dove si cita il fol. 101 del* Fasc. *28 il 1.°*

In Trisagia Dominus Rao de Grifo et Rogerellus de Manerio tenent dictam Terram ann. valore unc. 15. cum iuribus distinctis (Anno septimmae Indict. tempore Caroli Primi). — *Alla p. 650, dove si cita il fol. 122 a t. del* Fasc. *29 seu 30*.

Inquisitio terrarum et baronum Comitatus Aquilae qui praestare debent servitium feudale, et sunt videlicet Petrus de Alverna, Tadeus de Barilibus, Andreas de Stiffia, Comes Rogerius de Celano, filii et heredes Bartholomei Fortisbrachiae, Odorisius, et Mattheus filii Berardi Minerii, Petrus de Paganica, Goffridus Taliaferrus, Berardus Viscardi. (Anno 1294) — *Alla p. 663, dove si cita il fol. 233 del* Fasc. *29 seu 30*.

Raynallucius Manerii tenet Castrum Beffi (Idem) — *Alla p. 664 dove si cita il fol. 233 a t. del detto* Fasc.

In Ayrola. Iura distincta sunt locata per Martinum Toccabovem Castellanum, et Capitaneum Ayrolae pro parte nobilis domini Hugonis de Menerio Raynardi domini Ayrolae (Anno Primus Indict. 1272-1273) — *Alla p. 678, dove si cita il fol. 5 a t. ed il 16 del* Fasc. *32*.

Tra i Baroni di Abruzzo che nell'anno della 15.ª indizione furono privati de'loro feudi, per non avere prestato il servizio militare, vi fu Giacomo Manieri ed i suoi nipoti — *Alla p. 1011, dove si cita il fol. 165 del* Fasc. *48*.

Nel conto delle opere pes la costruzione del Castello di S. Eramo, prima detto Belforte. Guillelmo de Andrea, et Maffeo Pennenti pro incisura lapidum ad rationem tar. 3. pro quolibet miliare — *Fol. 107 a t.* Magistro Nicolao de Venetiis pro praetio Campanae unius ponderis lib. 10 pro Cappella dicti Castri tar. 5 ad rationem gr. 10 per libram — *Fol. 109 a t. il primo*. Sirillo Surrentino pro matonis mille de creta tar. 15 — *fol. 110 a t. Alla p.*

1043, dove si citano i detti fol. del Fasc. *29 il 2.° olim. 29.*

Mandatum quod ab omnibus negotiatoribus et aliis recipiatur, et expendatur moneta Carolenorum auri et argenti ad rationem quatuor Carolenorum auri, aut sexaginta Carolenorum argenti iuxti ponderis, sive sint veteres sive novi pro singulis uncis (Anno 1298) — *Alla p. 14, dove si cita il fol. 16 a t. del* Fasc. *Primo il 2.°*

Edictum quod Caroleni auri, et argenti noviter cusi recipiantur, et expendantur comuniter, dummodo non sint incisi, et diminuti, quia multi recusant eos pretextu esse differentem novam monetam a veteri. Sub datum die ultimo octobris XI. Indict. ann. 1297 — *Alla p. 32, dove si cita il fol. 44 del* Fasc. *2.*

Computum domini Guillelmi Curialis de Salerno familiari Iustitiarii Aprutii Ultra in anno 1309 — In exitu ponit solvisse pecuniam in Carolenis argenti 60. Carolenis auri 4. et florenis, ac ducatis auri 5 per unciam computatis—*Alla p. 341, dove si cita il fol. 40-51 del* Fasc. *17.*

Ad rationem de quinque florenis, seu quatuor carolenis aureis, vel 60 carolenis argenteis per unciam (Anno 1287) — *Alla p. 376, dove si cita il fol. 130 e a t. del* Fasc. *20.*

Mandatum quod mittatur victualia in quantitate apud Trapanum quia carissimus dominus frater noster Ludovicus Rex Francorum Illustris cum Christiano exercitu ad partes Tunisii applicavit, et ibidem per insultum Cartagineusium cepit Civitatem, multis in ea millibus Saracenorum interfectis. Sub datum die 27 Iulii 13 Indict. —*Alla p. 530, dove si cita il fol. 107 del* Fasc. *24.*

Parva moneta regia denariorum minutorum ad rationem de denariis quatuor pro grano uno et de solidis sex, et denariis octo pro tareno uno (Anno 5 Indict.) — *Alla p. 1038. dove si cita il fol. 91 del* Fasc. *50.*

Ruggiero di Lauria Ammiraglio del re di Aragona e viceammiraglio di S. Chiesa Consigliere e familiare, nell'anno della XI indizione è messo in possesso della baronia di Acerno. — *Alla p. 57, dove si cita il fol. 203, a t. del* Fasc. *2.*

Venerabili Patri et amico nostro L. Dei gratia S. Ma-

riae in Via Lata Diacono Cardinali an. unc. 16. ei debitas pro quibusdam domibus suis sitis in Capite plateae Civitatis Neapolis in quibus rationes Regiae Curiae audiuntur, et servitia Siclae fiunt (Anno 1318) *Alla p. 749, dove si cita il fol. 83 a t. e 84 del* Fasc. *35.*

Longe porcine ad rationem gran. 5 pro qualibet, pollastri ad ration. gr. 3. frumentum ad ration. tar. unius, ordeum ad gr. 10. Salme musti tar. unius pro qualibet salma (Anno 1279) *Alla p. 108, dove si cita il fol. 131 a t. del* Fasc. *6.* Il vino si vendeva a grana 10 la salma. *Alla p. 790 dove si cita il fol. 57 a t. del* Fasc. *39.* Quartaroli 200 de musto valentes tar. 40. — *Alla p. 801, dove si cita il fol. 118 del detto* Fasc. Quarantini de olio valentes ad rationem tar. 3. pro quolibet quarantino — *Ivi.*

Magistro Iacobo Iuveni de Neapoli pro fenestra una de vitro laborato posita in capitulo monasterii S. Martini de Neapoli quae est palmorum 71. ad rationem granorum 17. pro quolibet palmo. Anno 4 Indict. tempore Roberti regis — *Alla p. 561, dove si cita il fol. 47 del* Fasc. *27.*

Magistro Philippo de Pino pro pretio centenariorum decem de stayno Venetiarum de rotolis 40 pro quolibet centenario ad rationem tt. 26. pro quolibet centenario. unc 8. tt. 20. (anno 4 indict. tempore Roberti regis.) — *Alla p. 356, dove si cita il fol. 46 del* Fasc. *19.*

Landulfo Scannasorece pro uno centenario de sarcinis ad rationem tt. 7. gr. 10. pro centenario (anno 4. indict. tempore Roberti regis.) — *Alla p. 356, dove si cita il fol. 45 a t. del detto* Fasc.

Iustitiario Aprutii Citra mandatum quod accomodari faciat alveum fluminis Sangri qui derelicto pristino alveo per loca devia defluit. (Anno XI Indict.) — *Alla p. 50, dove si cita il fol. 159 a t. del* Fasc. *2.*

Berengariae relictae quondam domini Petri de Czavercziaco, provisio pro substentatione pro se et duobus filiis, quia dictus eius vir hostili gladio fuit interemptus in conflicto habito dudum cum hostibus prope Tursinum (Anno XI Indict.) — *Alla p. 58, dove si cita il fol. 212 del* Fasc *2.*

Nel conto del dare alla società de' Bardi mercanti fiorentini si legge: Item debentur dictis mercatoribus pro re-

bus venditis in adventu dominae Sanciae Ducissae Calabriae filiae Regis Majoricarum, occasione festii nuptiarum dictae Ducissae tam pro dicto Domino Raymundo (Berengario fratello di Roberto), quam pro subscriptis militibus de comitiva sua, videlicet. Domino Egidio de Mustarolo, Domino Guillelmo Bolardo, Domino Gentili de S. Georgio, Domino Isnardo de Pontenes, Domino Simone de Marsiaco, Domino Giliberto de Saliano, Domino Diego Larath, Domino Ioanne Passarello, Domino Roberto de Baugiaco, Domino Hugone de Baucio, Domino Lapo de Bardis, Domino Cornuto de Fontanis, Domino Petro Aurimina, Domino Nicolao de Roccaforti, Domino Ioanne Zabrona, Domino Ada de Iardis, Domino Bernardo Caraczulo, Domino Ioanne Caraczulo, Domino Raynaldo de Letto, Domino Roberto Villacublay. De mense Augusto proximo preteritae 2 Indict. 1304 — *Alla p. 245-246, dove si cita il fol. 81 del* Fasc. *13.*

Civitas Salerni Capud est, et pars quasi precipua totius maritimae Principatus (anno 1304) *Alla p. 61, dove si cita il fol. 230 a t. del* Fasc. *2.*

Indici Ioanni de Granita provisio quod consignet tumulum signatum ad equalitatem et capacitatem generalis tumini Salerni pro mensurando frumento Curiae (Anno 1298). *Alla p. 16 dove si cita il fol. 67 del* Fasc. *1. il 2°*

Soluta est pecunia in tornensis parvulis ad rationem tornensium 20 pro tareno (Tempore Caroli primi ab anno 2 Indict. usque ad ann. 6 Indict.) — *Alla p. 836 dove si cita il fol. 154 del* Fasc. *41.*

Mandatum quod restituantur Baronibus et feudatariis terrae, Castra, et feudalia, quae fuerunt revocata ad manus Curiae ob non praestitum servitium. Sub ann. 1327— *Alla p. 571 la 2ª dove si cita il fol. 4 a t. del* Fasc. *28 il 1°*

Rex Robertus mandat Iustitiario Terrae Idronti, quod divulgari faciat treugas initas inter ipsum et Comune Pisarum (Ann. 1330) *Alla p. 388, dove si cita il fol. 19 del* Fasc. *18.*

Universis Iustitiariis Regni mandatum (di Roberto) quod citari faciant omnes feudatarios quod veniant ascensuri in potenti extolio preparato contra hostes Siculos, cui tam

Illustris Rex Aragonum frater noster, quam nos ascendimus (Ann. 1297) — *Alla p. 34, dove si citano i fol. 58 a t. 74. a t. 81 del* Fasc. *2.*

Nobili domino Guillelmo Extendardo Regni Siciliae Marescallo Capitaneo Principatus, Terrae Laboris et Comitatus Molisii, commissio vicis nostrae (di Roberto) et quod presideat Consilio nostro loco nostri cum nos accedere intendimus apud Urbem de mandato Summi Pontificis qui nos vocat (X Indict. Ann. 1296-97) — *Alla p. 30, dove si cita il fol. 29 del* Fasc. *2.*

Domino Nicola Frieze de Ravello locumtenenti Prothonotarii Regni Siciliae, Consiliario, commissio pro recipienda pecunia, in absentia nostra, quia accincti sumus ad eundum ad Romanam Curiam pro servitiis Regiis et nostris (è Roberto che parla), nobis necessarius est nobilis Dominus Bartolomeus de Capua Logotheta et Protonotarius Regni Siciliae Consiliarius familiaris. Sub die 18 martii. X. Indict. (anno 1297) — *Alla p. 29, dove si cita il fol. 22 del* Fasc. *2.*

Supradictis Ioanni de Gariofalo, et Corrado Rapuano de Neapoli, conventio de faciendis remis 3millia, quos deboscari facient in nemoribus Principatus citra et ultra et Terrae Laboris pro servitio usseriorum, et galearum Regiae Curiae pro pretio unc. 105 qui remi esse debent longitudinis palmorum 35. largitudinis in pala palmi unius minus tertio, et grossitudinis in Gillone per faciem palmi medii. Sub die 14 Novembris 8 Indict. an. 1324 — *Alla p. 366, dove si cita il fol. 3 del* Fasc. *20.*

Coloro che desideravano essere nominati all'uffizio di notai, doveano dimostrare essere: de legitimo matrimonio orti, et nulli servili, seu ascriptitiae conditioni astricti, et reperti idonei in examine (Ann. 1297) — *Alla p. 752, dove si cita il fol. 156 del* Fasc. *35.*

In Barletta la notte si suonava la Campana, per avvertire che tutti si ritirassero, e chi dopo il terzo suono si trovava per la città era arrestato e pagava una multa (Ann. 1320) — *Alla p. 751 dove si cita il fol. 139 del* Fasc. *35.*

Constitutiones Regiae pro bono statu Regni, inter quas, est Constitutio quod nullus officialis possit recipere

munera. Contra Universitates pro penis homicidiorum clandestinorum et si Universitas habet ultra focularia mille solvat penam unc. centum, si ultra 500 unc. 50 et si infra focularia 500 unc. 25. Contra fures, qui si infra augustalem furantur frustigetur et signetur in fronte et banniatur a provincia, si infra unciam manum amittat, et si ultra unc. suspendatur. (Ann. 1278) — *Alla p. 961*, *dove si citano i fol. 223 a t. — 224 a t. del* Fasc. *46.*

Secretus Apuliae vendidit Marino Gallo mercatori Veneto miliaria olei 37. ad rationem unc. 3. et tar. 10. pro quolibet miliari, quod est de staris 40. ad starum Bari (Anno 13 Ind. tempore Caroli Primi) — *Alla pag. 286*, *dove si cita il fol. 43 del* Fasc. *16.*

Nobili Domino Soffrido de Miliaco dudum Regni Siciliae Senescallo provisio contra eum de confiscatione terrarum suarum sitarum in Terra Laboris et Principatus eius culpis exigentibus (Anno 1297) — *Alla p. 847*, *dove si cita il fol. 23 a t. del* Fasc. *42.*

Galiardo Primario de Neapoli filio quondam magistri Riccardi Primarii pro perficiendo opere hospitalis Triumpergularum, prope Puteolum Anno 5 Indict. 1306-1307 — *Alla p. 252 dove si cita il fol. 172 e a t. del* Fasc. *13.*
È mandata in Trani una colonia di Ravellesi e di Scalesi (Anno 1284) — *Alla p. 432*, *dove si cita il fol. 147 del* Fasc. *86.*

Mandatum de divulganda pace facta inter maiestatem Regiam et Pisanos (Anno 1330) — *Alla p. 517*, *dove si cita il fol. 167 del* Fasc. *23.*

Militibus plateae Saliti de Neapoli, provisio contra dominum Petrum Boffam, dominum Neapolitanum Ipacum, Mattheum Ipacum, et heredes quondam domini Bartholomei Dopnursi, qui tenentur cum eis contribuere in collectis, relicta habitatione domorum in dicta platea incolatum suum ad alias plateas dictae civitatis transtulerunt. Anno 1298 — *Alla p.* 16, *dove si cita il fol.* 63 *del Fasc. Primo il* 2.°

In questo stesso anno si fa accomodare la catena del porto della città di Napoli ad custodiam galearum et teridarum — *Alla p. 16*, *dove si cita il fol. 65 dello stesso Fasc.*

Il Seggio di S. Gennaro ad Iaconiam della città di Napoli esisteva già nel 19 marzo della decima Indizione 1298 — *Alla p. 624, dove si cita il fol. 21 a t. del Fasc. 28 il 3.º*

Mandatum pro construenda domo una pro stabulo longitudinis cannarum 20 et amplitudinis cannarum 5 in horto viridarii Castri Capuani de Neapoli secus viam publicam (Anno 1288) *Alla p. 694, dove si citano i fol. 165 a t. 199 del* Fasc. *33.*

Casali di Napoli — Carpignano, Balisano, Polvica, Ploiano, Pianura, Soccava, Posilipo, Porzano, S. Severino, Salvatore, Arcopinto, Afragola, Casoria, Secondigliano, Lanzasino, Grumo, Arzano, Torre Ottava, Resina, Portici, S. Anello, S. Giorgio, Casavaleria, Sirino, S. Giovanni, Ponticelli, e Arcora (Anno 1299-1300 14 Indict.) —*Alla p. 167, dove si citano i fol. 11 a t. 12 del* Fasc. *9 olim. 82.*

Quartieri della città di Napoli — di Capuana, Tocco Malacio, S. Stefano, Sommapiazza, Saleto, Talamo, S. Paolo, S. Arcangelo, Arco, Nido, Fontanella, Casanova, Cimbro, S. Gennaro, Forcella, Portanova, S. Martino, Portacapuana, S. Apostolo, Porta S. Gennaro, Mercato, S. Anello, Fistula, Pistasi, Portico Pistasi, S. Maria Rotonda, Capodipiazza, Aburia, Sinoca, Calcaria, Borgo di Moricino, Aquario, Piazza di mezzo, S. Nicola, Vulpulo, Petruzzolo, Pertuso, Albino (11. Febb. 1301.) *Alla p. 167-169, dove si citano i fol. 14-21 a t. del* Fasc. *9 olim. 82.*

Casali di Napoli — Torre Ottava, Resina, Portici, S. Anello, S. Giorgio, S. Giovanni ad Tuduczulum, Casavaleria, Serino, S. Cipriano, Ponticello piccolo, Ponticello grande, Gerzio, Porzano, S. Pietro a Paterno, Cantarello, Frattamaggiore, Casandrino, Casavatore, Mianella, Miano, Poglianella, Piscinola, Marigliauella, Polvica, Pioiano, Vallinzano, Torre di Marano, Marano, Carpignano, Panicocolo, Melitello, Colliana, Pianura, Posilipo, Soccivo, Arcora disabitato — *Alla pag. 241-242, dove si cita il fol. 184 del* Fasc. *12.*

Quartiere di Napoli, Porta Donnorso — *Alla p 240, dove si cita il fol. 184 del detto* Fasc.

Matthco Guindacio dicto Babucio de Neapoli, militi

carcerato, provisio pro excarceratione et quod solvat unc. 20 expendendas in opere S. Petri ad Castellum de Neapoli quod construi facimus (Anno 14 Indict. 1299-1300) — *Alla p. 172, dove si cita il fol. 49 a t. del* Fasc. *9.*

Nobili Donato de Aretio legum doctori Consiliario, concessio burgensaticorum, quae fuerunt Petrilli Venatae et Catherinae Gambettellae matris dicti Petrilli de Neapoli rebellium, qui una cum aliis civibus Neapolis adheserunt filio olim Ducis Andegaviae hosti nostro in anno 1387 — *Alla p. 214, dove si cita il fol. 184 a t. del* Fasc. *XI.*

La misura del cubito era di tre palmi nel regno di Napoli nell'anno 1278 — *Alla p. 959, dove si cita il fol. 219 del* Fasc. *46.*

Per la campana del Castello di S. Erasmo di Napoli si pagano — Magistro Anello de Putheolo de Neapoli caldarario pro pretio decinarum 1102 de aere scartariato ad rationem tt. 4 pro qualibet decina unc. 147 — *Alla p. 550, dove si cita il fol. 22 del* Fasc. *26 olim 64.* Per costruire questa campana re Roberto fece venire da Anagni il maestro campanaro Maestro Mazomeo di Anagni — *Alla p. 549, dove si cita il fol. 22 del detto* Fasc.

Pandulfo Aldemarisco militi et Philippo de Gaudioso de Neapoli conductio Virgae Iustitiae membrum utique baiulationis Neapolis (Anno 1287) — *Alla p. 374, dove si citano i fol. 121 a t. e 123 del* Fasc. *20.*

Edictum pro ponderanda pecunia Carolenorum quae debet esse in pondore tarenos quatuor cum dimidio, quod fuit emanatum cum pleno Consilio militum, medianorum, mercatorum, et plebeorum Civitatis Neapolis generaliter congregatorum (anno 1320) — *Alla p. 399, dove si cita il fol. 17 del* Fasc. *49 olim 68.*

Una delle porte della città di Napoli si chiamava di Forcella (Anno 1297) — *Alla p. 419, dove si cita il fol. 195 a t. del* Fasc. *49.*

Compotum Gualterii de Seripando de Neapoli et notarii Roberti de Caiacia prepositorum operis fabricae Casenovellae Palatii Regii in Neapoli in anno 4. Indict. tempore Caroli Secundi — *Alla p. 444, dove si citano i fol. 1-29 del* Fasc. *21 il 2.° olim 22.*

Bartholomeo Brancacio Diacono maioris Ecclesiae Nea-

politanae, ac Rectori Ecclesiae S. Andreae ad Nidum provisio pro exibitione census unc. duarum super domibus sitis in Platea Nidi, quae fuerunt olim Riccardi Filangerii, nunc Regiae Curiae (anno 1298) — *Alla p. 696, dove si cita il fol. 191 a t. del* Fasc. *33.*

Scriptum est Castellano Castri S. Mariae de Monte etc. Placet nobis, et volumus vobisque mandamus quatenus Henricum, Fredericum, et Aczolinum filios quondam Principis Manfridi qui in dicto Castro in compedibus detinentur, statim ab ipsis compedibus liberantes eos tractetis honorabiliter sicut decet; et quia ipsorum unus dicitur infirmari si statim aliquem pro cura ipsius intrat ad eum prout opportunum fuerit permittatis fratrem etiam Mattheum de Matera ordinis Minorum sine impedimento ad predictos fratres patiamini introire habentes nihilominus et haberi facientes de eis custodiam diligentem. Datum Neapoli per Bartholomeum de Capua die 26 Aprelis X. Indict. *Alla p. 640, dove si cita il fol. 107 a t. del* Fasc. *28 il 3.°*

Pro delatura ferramentorum et aliorum stilium Regiae Siclae a Palatio quondam Petri de Vineis ubi Regia Sicla fiebat, et rationes audiebantur, et servabantur, evacuando et liberando Venerabili Domino G. Sabinensi Episcopo pro habitatione sua dum Romana Curia Neapoli resideret in mense Septembris et Octobris 8. Indict., quae ferramenta et Stilia delata sunt a dicto Palatio ad domos Curiae sitas iuxta Astracum quod dicitur de Mari prope Petra Piscium Neapolis ubi dicta Sicla facta fuit, et rationes Curiae auditae, et conservatae fuerunt. Et recedente Romana Curia de Civitate Neapolis reportare fecit dicta ferramenta et stilia ad predictum palatium Petri de Vineis, ubi denuo reficere fecerunt omnia necessaria pro dicta Sicla — *Alla p. 431. 435, dove si citano i fol. 8 a t. 9 del* Fasc. *21 il 1.°* Questa particola è portata nel « Compotum Magistri « Petri Bodin de Andegavia Magisri Rationalis, et Magistri « Siclarum, ac Ioannis de Tricastris in an. 8. Indict. post « obitum domini Regis Caroli Primi ».

Nobili domino Gentili de S. Georgio, Capitaneo Principatus et Terrae Laboris. Mandatum quod publicare faciat in terris sibi commissis edictum Pontificium videlicet. quod dominus Sanctissimus et clementissimus dominus Bonifacius

Summus Pontifex verus et legitimus sponsus ecclesiae Iacobum S. Mariae in Via Lata et Petrum S. Eustachii olim Diaconos Cardinales per eorum graves et enormes excessus, Cardinalatus honore, et dignitate privasset, et nonnullos alios de domo ipsorum, Iacobus et Pretus prefati modestiae immemores, loquuti sunt nequitia contra dictum Summum Pontificem et cartas posuerunt publice in portis plurium urbium, et diversis mundi Principibus et Prelatis libella famosa contra ipsum miserunt, et non sunt veriti de ipsius Christi Vicarii legitima institutione contendere et negare aperte, cum notorium sit quod vacante sede Neapoli per renunciationem bone memorie Celestini ipsi maledici existentes in cetu cardinalium ipsum elegerunt una cum aliis ad Apostolatus officium. Unde publicari mandatur hoc factum ad compescendum scismaticos forte insurrecturos, et ad requisitionem nobilis domini Petri Gayetani Comitis Casertani eiusdem domini nostri nepotis, vel domini Rostayni Comitis Campaniae missorum per dictum dominum Papam ad deprimendam perfidiam ipsorum scismaticorum assistere debeant ed prestare auxilium et favorem. Sub datum die 4 Junii X. Indict. — *Alla p. 417, dove si cita il fol. 183 a t. del* Fasc. *49.*

Similes Litterae factae sunt universis Iustitiariis Regni, et in margine notatur contra Cardinales de Columna — *Ivi, dove si cita il fol. 184.*

NOTAMENTA EX FASCICULIS REGIAE SICLAE PARTE SECONDA

Augustali tres, qui sunt tt. 22 et gra. 10 — *Alla p. 329, dove si cita il fol. 81 a t. del* Fasc. *80 il 2.°*

Augustales et Caroleni de auro ad rationem quatuor Augustalium, vel Carolensium pro qualibet uncia (anno 1278)— *Alla p. 394 dove si cita il fol. 162 del* Fasc. *82.*

Magnifico Antonio Caraczulo dicto Carrafa, dictoque Malitia de Neapoli militi Consiliario, concessio Casali Vici de pantano in pertinentiis Aversae quando mori Contingerit nobilis Bartholomia de Cantono de Aversa filia quondam Nicolai de Cantono militis, relicta quondam Paulelli Scallioni de dicta Civitate in senectute constituta carens filiis pro servitiis praestitis praeteritis fructuosis tempori-

bus, quibus multorum constantia variavit, et ipse sicut columna in marmoreis fundamentis affixa manet, pro servitiis tam suis, quam omnium consanguineorum suorum, et in maximis periculis se obtulit, et praesertim in accessu cum quadam galea ad Serenissimum et Illustrissimum Principem dominum Alfonsum Regem Aragonum etc. tunc ad campum contra terram Bonifacii partium Corsicae existentem ipsum invictissimum Regem in nostrum praeclarissimum filium adoptandi causa, et reditu de dicto Rege cum galeis 22 armatis ad Civitatem Neapolis tunc galearum, et navium extolio copioso Ludovici Ducis Andegaviae hostis nostri notorii ante, acriterque obsessam quo felici adventu status noster praedictus extitit exaltatus, et hostis nostri, atque rebellium depressus, collapsus, et deductus totaliter in ruinam. Iterumque ad insulam Trinachriae transfretando, et ad praefatam Civitatem Partenopeam iam dictum Illustrissimum Regem cum numerosa procerum, et strenuorum, ac nobilium caterva vallatum, una cum nonnullis aliis, nostris oratoribus finaliter conducendo. Actum Neapoli presentibus magnificis et nobilibus Sir Ian Caraczulo de Neapoli milite Comite Avellini Regni Siciliae magno Senescallo, Naccarella Dentice dicti Regni Marescallo, Mattheo Pulderico Camerae Summariae Presidente, Gualterio Caraczulo dicto Viola nostri hospitii magistro hostiario, Bosco Spinello, et Nicella Scannasurice dicti hospitii Senescallis, Ioanne Dentice dicto Caristia, et Roberto Bonifacio de Neapoli militibus. Sub anno 1422 — *Alla p. 691-692, dove si cita il fol. 41 a t. del* Fasc. *94.*

Minichello Tamburro de Capua, commissio ad recolligendum collectam pacis in Provincia Basilicatae, et in assertione leguntur haec verba videlicet. Publicum et notorium esse non ambigimus non solum in Italia, sed in toto quasi orbe terrarum quanto cum studio, quantaque cura ac quantis perviis, et modis exquisiverimus nostro populo dare pacem, nullis parcendo sumptibus, et expensarum profluviis ad quae viribus nostris, Regnique nostri non sufficientibus convocato Serenissimo et Illustrissimo Principe domino Alfonso Dei gratia Aragonum Siciliae Valentiae etc. Rege filio nostro Carissimo tam pro tuitione praedicti nostri populi, quam pro huiusmodi pace eidem populo re-

stituenda ; idem dominus Rex ad hoc Regnum prius potentissimum suum transmisit exercitum, et deinde personaliter cum maiori potentia, et viribus de suis Regnis ad hoc Regnum feliciter transfretavit, qui pro conservatione protectione, et defensione status nostri, nostrorumque fidelium dicti Regni contra hostes, emulos, et ribelles nostros sepius cum suo, nostroque felici exercitu personaliter militavit, ac viriliter castramentatus est, suae excelsae personae non parcendo periculis, suorumque Regnorum sumptus maximos non vitando, ex quibus tandem per Dei gratiam totum predictum Regnum nostrum, cessantibus iam bellorum fomitibus pacatum est, omnibus nostris subditis est pax aptatissima restituta. Et quoniam tot et tantae fuerunt expensae quae in praemissis occurrerunt quod totum nostrum Erarium reditum est vacuum, et exaustum, opusque est nostris armigeris de eorum stipendiis satisfieri, unde cum matura nostri Consilii deliberatione providimus in toto Regno nostro praedicto unam imponi Collectam, quae ascendat ad summam unius generalis subventionis, quaeve vocari debeat Collecta pacis, consuevit etenim in eodem Regno nostro quotiescumque pax ad illud revocata fuit, imponi non solum Collecta pacis, sed fiscales aliae etiam functiones. Quapropter de tua fide prudentia etc. Confisae etc. Sub datum Gaytae an. 1422 die 8 Julii 15 Indict. — *Alla p. 699-700, dove si cita il fol. 165 del* Fasc. *94*.

Nobili Loisio de Podio de Regno Aragonum familiari, commissio officii actorum notarii in Camera nostra Summariae cum an. gagiis unc. 36 pro se et an. unc. 12 pro uno scriptore ad vitam cum potestate substituendi non amoto Antonello de Lupulo dicto Mandrangulo actorum notario in dicta Camera Summariae iuxta litteras ei concessas de dicto officio per Regem Aragonum. Sub anno 1422 — *Alla p. 705, dove si cita il fol. 180 a t. del* Fasc. *94*. Da questo documento rilevasi che Alfonso I. di Aragona nel 1422 già governava per Giovanna in Napoli.

Hospitali, et Ecclesiae S. Mariae Annuntiatae de Neapoli donatario nobilis Bellaemanu de Isela habitatricis Neap. relictae quondam nobilis Pascarelli Cicalensis de Neapoli militis, asserenti quod olim in anno 2. Indictionis proximo preterito tempore quo Rex Aragonum occupatam tene-

bat Civitatem Neap. contra nostram voluntatem , ipsi moverunt causam in Curia Magistri Iustitiarii Regni Siciliae contra Dominam Serellam de Angelo de Neapoli aviam paternam, et heredem quondam Mariae Cicalensis filiae et heredis dicti Pascarelli. Super appraetio certarum domorum sitarum in Platea Portus Civitatis Neap. assignatarum dictae Bellaemanu pro unc. 50 et antequam dicta causa terminaretur fuit Civitas Neapolis recuperata per nos a manibus Regis Aragonum, et edictum fecimus , quod omnes processus , et acta facta tempore dicti Regis Aragonum essent irrita, et nulla propterea supplicant dispensari dicto edicto, et expeditur provisio ut petitur. Sub datum per manus Magnifici Christophari Gayetani Fundorum Comitis Logotetae et Protonotarii Regni Siciliae affinis Collateralis Consiliarii. Sub anno 1427 — *Alla p. 749 , dove si cita il fol. 69 del* Fasc. *74.*

✓ Universitati Castri Marani provisio pro observantia provisionum Reverendi amici nostri carissimi domini Gerardi Episcopi Sabinensis olim Regni Siciliae Apostolicae Sedis legati, et baiuli, pro ut inveniri fecimus per custodes Archivii Regii morantes Neap. inter regestra dicti domini legati (Anno 1297) — *Alla p. 765, dove si cita il fol. 10 a t. del* Fasc. *98 il primo.*

Illustri Aragonum Regi fratri nostro carissimo provisio pro dotibus dominae Blancae Aragonum Reginae consortis suae sororis nostrae carissimae pro quibus tenebatur Sanctissimus dominus noster Summus Pontifex, pro quibus obtulit solvere dominus genitor noster ipsi Regi Aragonum unc. 4 millia de qua quantitate solvit unc. 2150 (Anno 1297)— *Alla p. 765, dove si cita il fol. 11 del detto Fascicolo*

Unceae computantur ad rationem carolensium 70 et gr. 5 pro qualibet, et granorum 8 et medio pro quolibet caroleno iuxta statutum Curiae in anno 14. Indict. (Anno 14. Indict. tempore Regis Roberti) — *Alla p. 843 , dove si cita il fol. 10 del* Fasc. *100.*

Gualterio de Bellante militi restitutio bonorum suorum burgensaticorum et patrimonialium expressorum in Aprutio vigore conventionis inhitae inter nos Carolum secundum Regem et Magnificum Dominum Carolum Illustris Francorum Regis filium Valesii Alanzoni, Carnoti, Andegaviaeque Comitem ac Robertum primogenitum nostrum Ducem Calabriae

ex una, et tunc Magnificum Dominum Fredericum natum quondam domini Petri olim Regis Aragonum nunc filium nostrum ex altera, et dirigitur Domino Nicolao de Roccaforti militi Iustitiario Aprutii Ultra in anno 1306 — *Alla p. 843, dove si cita il fol. 14 del* Fasc. *100.*

Fuit soluta quantitas pecuniae Pagano de Vitro deputato ad custodiam filiorum trium quondam Principis Manfridi captivorum in Castro Ovi Neapolis pro expensis eorum in anno 13 Indict. — *Alla p. 879, dove si cita il fol. 67 del* Fasc. *57 il 2.°*

Nell'anno 1292 i *registri* ed i *quaterni* della Curia custodivansi nel Castello dell' Uovo in Napoli, dove stava pure l'archivio — *Alla p. 99, dove si cita il fol. 173 a t. del* Fasc. *62.*

Magnificus et strenuus armorum Capitaneus Bracchius de Fortebracchiis Montorii Comes, Perusii etc. Magnus Comestabulus Regni Siciliae Collateralis Consiliarius in anno 15 Indict. per Reginam Ioannam Secundam cum potestate reducendi ad fidem reginalem Civitatem Ravelli, et terram Tramonti de Ducato, nostro Amalfiae, et aliarum Civitatum, terrarum et locorum dicti ducatus nostri Amalfiae (in anno 1422) — *Alla p. 323, dove si cita il fol. 40 del* Fasc. *80 il 2.°*

Mandatum pro suspensione omnium provisionum, quae sunt super cabellis factum per Reges Ludovicum et Ioannam, excepta provisione stabilita generoso Guillelmo Comiti de Asperch socio nostri Regis, et quia propter tractatum habitum inter nos, et Regem Ungariae opportet nos absentari a Regno et versus Curiam Romanam gressus nostros dirigere festinanter, propterea proventus dictarum Cabellarum solvantur Thesaurariis nostris pro substentatione Spectabilis Franciscae natae nostrae carissimae gagiis Castellanorum, et Servientium Castrorum Novi, Bellifortis, Capuanae, et Summae, ac stipendiariis penes Spectabilem Ducem Andriae affinem nostrum Carissimum nostrum Locumtenentem. Sub datum Procidae die primo octobris 4 Indict. 1350 — *Alla p. 323-324 dove si cita il fol. 49 del* Fasc. *80 il 2.°*

Nell' anno 1348 era Logoteta e Protonotario del Regno il Venerabile Padre Fra Landulfo Caracciolo dottore

in sacra teologia ed arcivescovo di Amalfi—*Alla p. 485, dove si cita il fol. 74 e a t. del* Fasc. *89.*

Alexandro Brancacio de Neapoli militi Consiliario facultas agratiandi Carolum et Petrum de Bellante milites et Comitem et Comitissam Bellantis eorum patrem et matrem rebelles et de manibus eorum habere resignationem Castri et Civitatis Isclae. In anno 1349 — *Alla p. 560, dove si cita il fol. 132 a t. del* Fasc. *93 il 1.°*

Nobili Nicolao de Aczarolis de Florentia Comiti Terlitii Magno Senescallo Consiliario familiari, provisio pro restitutione florenorum 28500 nobis mutuatorum, qui soluti sunt hostibus (cioè gli Ungari) quando recesserunt de Troia pro quo prætio duxerunt secum Laurentium de Aczarolis eius filium in obsidem (Anno 1349) — *Alla p. 560, dove si cita il fol. 132 a t. del sudetto* Fascicolo.

Sarulo Buccarello de Tarento familiari privilegium officii stipendiarii equiti penes Iustitiarium Terre Idronti pro servitiis prestitis per eum et Episcopum Motulanum Consiliarium familiarem in accessu eius ad Civitatem Venetiarum pro servitiis nostris, qui ambo per Ungaros fuerunt diris carceribus afflicti et bonis omnibus privati cum nece quorumdam consanguineorum eorum (In anno 1349) — *Alla p. 560, dove si cita il fol. 133 del detto* Fasc.

Sub datum per Sergium domini Ursonis de Neapoli militis I. C. P. Magistrum Rationalem Viceprotonotarium Regni Siciliae in absentia venerabilium fratris Landulfi S. T. D. Amalfitani Archiepiscopi Legothetae et Protonotarii, et fratris Angeli Florentini Episcopi Cancellarii Regni Siciliae. Die 12 Septembris 1349 — *Alla p. 560-561, dove si cita il fol. 134 del* Fasc. *93 il 1.°*

Nobili Ioanni de Cantelmis Consiliario uni ex magnatibus, qui militarunt castra hostes in Comitiva Illustris domini Lodovici de Tarento Reverendi domini viri nostri oppugnando hostes (gli Ungari) in Capua, qui usque Theanum occupaverant, concessio meri, et mixti imperii et gladii potestatis in terris tam suis, quam nobilis Angelae Extandardae, et etiam matris. In anno 1349 — *Alla p. 561, dove si cita il fol. 137 del* Fasc. *93 il 1.°*

Archipresbitero, et Capitulo fogitano concessio aliarum an. unc. 2 pro substentatione duorum sacerdotum cele-

brantium divina pro anima Caroli Primi Avi nostri cuius interiora sepulta sunt in dicta ecclesia, quia dictis celebrantibus fuerunt assignatae olim per Carolum Secundum an. unc. 8 nunc vero unc. decem — *Alla p. 233*, *dove si cita il fol. 79 del* Fasc. *75*.

Computum Goffridi Bucchinarri de Baro, Andreae de Bonito de Scala et Sergii Sorani de Ravello Magistrorum Siclariorum Siclae Brundusii in anno 6. Indict. tempore Caroli Primi Regis. Ponunt emisse argentum album de fino marcas 64 ad rationem taren. 42 pro qualibet marca. Et eris ad rationem gran. 8 pro qualibet marca — *Alle p. 34 e 35*, *dove si citano i fol. 117*, *119 e 148 del* Fasc. *57*.

Excellenti et Magnifico Principi domino Caczano Dei gratia magno Regi Tartarorum, litterae responsales (Ann. Indict. 15) — *Alla p. 453*, *dove si cita il fol. 4 del* Fasc. *88*.

Honorabili, et Religioso fratri Ioanni Ordinis Minorum Beati Francisci Primogenito Illustris Regis Armenorum, provisio (Ann. 15 indict) — *Alla p. 453*, *dove si cita il fol. 4 a t. del detto* Fasc.

Nobili Davit de Iohino de Neapoli familiari, concessio ann. provisionis unc 15 in perpetuum pro servitiis super Cabella baiulationis Aversae decurrendae a primo die reductionis dictae Civitatis Aversae ad nostram fidem et obedientiam, de summa au. unc. 40 quas supra dicta baiulatione possidebant Abbas Ioannes Loysellus, et alii filii quondam Iacobi Galgani de Aversa notorii rebelles ex successione paterna, quia adheserunt Duci Andegaviae hosti nostro publico invasori Regni nostri in feudum. Sub anno 1421 — *Alla p. 674-775 dove si cita il fol. 109 a t. del* Fasc. *93 il 2*.

Nobili Ioanni de Amato dicto Sannuto de Capua Castellano Castri Capuanae Civitatis Neapolis domestico familiari, concessio Civitatis Florentini exhabitatae in Capitanata, quae fuit Sfortiae de Attendolis olim magni Comestaboli Regni Siciliae rebellis nostri adherentis Ludovico Duci Andegaviae hosti nostro sub servitio unius ensis val. ducator. 3. in perpetuum pro servitiis praestitis in hoc acceptabili tempore presertim retropreteritis temporibus, et fremen-

tium guerrarum turbinibus, quibus status noster dubiis eventibus dispositus extitit, et periculis formidandus. Actum in Castronovo nostro Neapolis presentibus Reverendo Patre Mello Archiepiscopo Consano, magnificis et nobilibus Sir Ianne Caraczulo de Neapoli Comite Avellini magno Senescallo, Christopharo Gaytano logothela et Protonotario Regni Siciliae affine Collateralibus, Bosco Spinello hospitii nostri Senescallo, Gualterio Caraczulo Viola dicti hospitii magistro hostiario, ac Ioanne Dentice dicto Caristia de Neapoli militibus, et quampluribus aliis Consiliariis et familiaribus. Sub anno 1421 — *Alla p. 675*, *dove si cita il fol. 110 a t. del* Fasc. *93 il 2.°*

Magnifico strenuo armorum viro Petro domini Antonii de Palaganis de Trano militi Consiliario viro prudenti, et nobilitate claro, commissio officii Gubernatoris Civitatis nostrae Neapolis ad iustitiam et ad guerram, amoto magnifico Georgio de Alamania Comite Pulcini Consiliario, et quod procuret habere per obsidionem et debellationem castra ipsius Civitatis videlicet Castrum novum, et Castrum Ovi prope Neapolim per Cathalanos hostes nostros occupata cum omnimoda potestate. Sub datum Aversae anno 1424, die 20 Iunii 2. Indict. — *Alla p. 716*, *dove si cita il fol. 99 del* Fasc. *95*.

Nicolao Sederaymi de Capua habitatori Aversae, asserenti quod cum dicta Civitas Aversae esset sub dominio Regis Aragonum hostis nostri quomdam magnus Dominus Sfortia de Attendolis magnus Comestabulus Regni Siciliae pro parte nostra intravit dictam Civitatem debellavitque gentes armigeras dicti Regis Aragonum intus dictam Civitatem existentes, olim de mense Iunii primae Indictionis, inter quas gentes fuit Paulus de Modena homo armiger dicti Regis cum societate sua qui habitabat in domibus dicti exponentis, quem inter alios dictus dominus Sfortia capi fecit una cum eius equis, et armis, deinde vero liberavit dictum Paulum qui accessit Capuam ubi obtinuit a Petro de Martucio tunc Capitaneo Capuae citationem circa ipsum exponentem pro restitutione equorum et armorum praedictorum, sed quia dicta Civitas Capuae erat sub dominio quondam Bracchii de Montorio noluit comparere, propterquod dictus Paulus sequestravit feudum prefati Nicola

Sederaymt exponentis situm in Calvo, et quasdam domos suas in Civitate Capuae, et cum dictae Civitates Capuae, et Calvi sint reductae ad obedientiam vestrae maiestatis, et ipse vellet percipere fructus dicti feudi, et domorum fuit impeditus a praefato Petro Martucii, provisio iustitiae. Sub anno 1424, die 21 Iunii 2. Indict. — *Alla pag. 717, dove si cita il fol. 105 a t. del* Fasc. *95.*

Inventarium mobilium consignatorum Inclitae Dominae Mariae filiae Illustris Domini Caroli Regis Ierusalem et Siciliae uxori Incliti domini Sanxi primogeniti Illustris Domini Iacobi Regis Maioricarum cum apodixa Petri de Fenoleto militis locumtenentis in Comitatu Rossilionis, Pontii de Caramay militis Consiliarii familiaris, et Raymundi Plasensi Vallecti in Thesauraria eiusdem domini Regis Maioricarum, qui confitentur recepisse omnia bona contenta in dicto Inventario a nobili domino Bertrando de Marsilia milite domino de Evena. Sub die 13 octobris 3 Indict. anno 1304 — ***Alla p. 796-797, dove si cita il fol. 190 del*** Fasc. ✝.

Computum rationis Anselletti de Limiaco Thesaurarii Illustrae Dominae Mariae Hirusalem Siciliae et Ungariae Reginae de expensis factis in hospitio dictae Dominae Reginae in anno 5 Indictionis — *Fol. 1-40.* Mattheo de Lupino drapperio pro drappo empto, et donato Philippo Dispoto Romaniae filio Philippi Principi Tarentini carissimi filii dictae Reginae — *Fol. 12.* Item — Mariae Comitissae Andriae nepti dictae Reginae — *Fol. 12.* Item— Agneti Principissae Achayae filiae dictae Reginae — *Fol. 12 a t.* Pro certa fabrica facta in monasterio S. Petri ad Castellum in domo in qua consuevit habitare quondam Domina Isabella soror dictae Reginae, et pro habitatione Ioannae de Villacublay et Caterinae de Cariaco familiaribus Agnetis Principissae Achayae filiae dictae Reginae — *Fol. 13 a t. 14.* Pro expensis factis in anniversario quondam Dominae Elisabet sororis dictae Reginae cuius corpus sepultum fuit in ecclesia S. Petri ad Castellum — *Fol. 18 a t.* Seta diversorum colorum pro sutore, ad rationem tt. 1. et gr. 10 pro qualibet uncia — *Fol. 19 a t. 20.* Clementia Regina Francorum et Navarrae filia dictae Reginae — *Fol. 27 a. t.* Perrotto Osagna cursori misso Regi Roberto primogeni-

to suo Reginae Consorti eius et Clementiae Reginae Francorum filiae eiusdem Reginae — *Fol. 30*; *Alla p. 88 e 89 dove si citano i soprannotati fol. del* Fasc. *62*.

Fasc. *15.° di fol. 140* — Compotum Ioannis Ungari de Nuceria Christianorum militis Vicarii honoris Montis Sancti Angeli in anno 1283, *fol. 1.* — Compotum Herrici de Porta militis Capitanei Gayetae credenzerii Francisci Gattulae , et Docibili Maltacie de Gayeta expensorum operis constructionis navis Curiae in Gayeta capacitatis salmarum 4 milia in anno 1280 que esse debet longitudinis per carenam cubitorum 30. Item de Rota in Rotam cubitorum 45. Item altitudinis in sentina usque ad primam copertam palmorum 17. Item debet aperire in buccla in coperta subtanea palmi 34. Item coperta mediana erit altitudinis palmorum 8 et med. et coperta suprana palmorum 7 et med. et aliae circumstantiae describuntur, quae diffuse ibi leguntur, *fol. 137-140.*

Fasc. *16.° di fol. 218* — Compotum sine principio. Solvuntur quantitates Lambertino de Siria , et Girardino eius filio tenditoribus ad falcones in anno 13 indictionis tempore Regis Caroli Primi, *fol. 3.*—Dominus Ioannes Buccaplanula de Capuana testis iuratus introitus super omnibus predictis dixit ut proximus, excepto de ann. val. praedictorum bonorum suorum feudalium quem dixit valere au-

nuatim tar. aur. unum. Dixit tamen quod tempore domini Manfridi fuit Collector adohamenti; et recollegit pecuniam in Platea Capuana ad rationem de sex militibus tantum, et sic per omnes Plateas Neapolis collegebatur introitus qualiter sciret dixit, quod vidit et audivit, *fol. 218 t.*

Fasc. *17.° di fol. 147* — Quaternus mandatorum factorum diversis personis per dominum Bartholomeum de Ofcrio Iustitiarium Terrae Laboris et Comitatus Molisii pro solutione pecuniarum in anno 4 indictionis, *fol. 1.*—Mandatum pro assignatione burgensaticorum quae fuerunt Aroldi de Ripalta proditoris in Brundusio Herrico de Strata de Alba, et etiam Ioanni Spano, *fol. 146-147 t.*

Fasc. *18.° di fol. 186* — Simon de Sangro olim Iustitiarius Terrae Idronti, *fol. 5 t.*—Enunciantur omnes Barones et eorum terrae Provinciae Terrae Idronti, *fol. 186.*

Fasc. *19.° di fol. 161* — Informatio de excessibus commissis, et extorsionibus per Alaynum de Lentino Iustitiarium Principatus Citra Rogerium Traram Secretum, et Laurentium de Alitto vicesecretum praetextu bonorum Comitis Gualvani Lanceae in anno 15 indict. et Sergium Pintum in anno 12 indict. *fol. 1.*—Iudex Antonius Freczia de Ravello socius Magister Portulanus cum Stasio Pagano, *fol. 161 t.*

Fasc. *20.° di fol. 228* — Quaternus actorum pendentium consignatorum domino Gabrieli Salvaggio successori iustitiario in Terra Bari in anno 1301, *fol. 1.*—Ioanni de Misnilio de Licata, commissio ad capiendum bona Bartholomei Spanioli de Sutera, qui ob proditionem commissam pena capitis, et publicationis bonorum fuit condemnatus, *fol. 228.*

Fasc. *21.° il 1.° di fol. 167* — Compotum Magistri Petri Bodin de Andegavia Magistri Rationalis et Magistri Siclarum, et Ioannis de Tricastris in an. 8 Indict. post obitum domini Regis Caroli Primi, *fol. 1.*—Universitati Terrae Speluncae provisio pro divisione tenimentorum cum Universitate Fundorum, *fol. 167 t.*

Fasc. *21.° il 2.° di fol. 166* — Compotum Gualterii de Seripando de Neapoli et notarii Roberti de Caiacia Prepositorum operis fabricae Casenovellae Palatii Regii in Neapoli in anno 4 indict. tempore Caroli secundi, *fol. 1.*—Domi-

nus Thomasius de Aquino tenet Baroniam Genitocastri cum casalibus de feudo novo pro an. val. unc. 90. Item medietatem feudi in Cutrono, quod fuit Angeli de Vito pro an. unc. 10. Item Baroniam Barbari cum casalibus suis, et casalia Cropani, et Defana pro an. unc. 20. Item medietatem Baroniae Fenuculi in Principatu Ultra pro an. unc. 20. *fol 166.*

Fasc. *22.° di fol. 159* – Epifanae viduae et Iannarello et fratribus filiis quondam domini Leonis Crassi de Baro provisio pro feudali servitio de feudalibus quae tenent in Baro, quia fuit ordinatum quod omnes feudatarii veniant ad monstram conscensuri cum nobis galeas vel solvant duplicatum servitium in moneta ad eorum arbitrium. Sub datum Neapoli per Nicolaum Freciam die 7 iulii 11 indict. *fol. 28*– Ioanni Capono de solutione gagiorum. *fol. 159 t.*

Fasc. *23.° di fol. 210* – Quaternus Compoti nobilis Domini Guillelmi de Ponciaco militis Cambellani Consiliarii et familiaris olim Stratigotis Salerni cum notitia Guillelmi de Pantaleone de Cathania erarii cum eo in anno 13 indict. 1330, *fol. 1.*–In Castro Royarii iura reddunt an. vol. unc. 8. *fol. 210 t.*

Fasc. *24.° di fol. 305* – Compotum seu acta pendentia Nobilis Ioannis Siginulfi Iustitiarii Terrae Laboris citra flumen Capuae consignata Laurentio Caputo Instiliario successori suo vel Balduino de Supino in an. 12 indict. 1283 et 1284, *fol. 1.*–Quaternus rationis nobili viri domini Petri de Aversa Iustitiarii Vallis Gratis et Terrae Iordanae et domini Herrici de Guasto Secreti Calabriae militum de confectione biscotti in anno 1316, *fol. 241-305.*

Fasc. *25.° di fol. 238* – Guillelmus de Catincto Iustitiarius Principatus Citra, *fol. 2.*–Angelus Pirontus Secretus Apuliae. *fol. 238.*

Fasc. *26.° di fol. 197* – Compotum Martucii Sirici de Neapoli expensoris operis Palatii in Summitate Montis S. Erasmi prope Neapolim, *fol. 1.*–Agalisto de Baro commissio baliatus filii pupilli quondam Guillelmi de Sectays militis familiaris de proximo mortui qui possidet massariam in Sancta Maria de Ripalta in Capitinata. Sub datum die penultimo Madii 6 indict. anno 1278, *fol. 197.*

Fasc. *27.° di fol. 192* – Quaternus Rationis lignorum pro galeis, quae debentur per feudatarios, et Universita-

tes Calabriae in anno 3 indict. tempore Caroli secundi, *fol. 1-36*.—Iustitiario Siciliae Ultra flumen salsum mandatum pro imponenda generali subventione terris iurisdictionis suae in summa unc. 7500. Sub datum Brundusii per Magistrum Petrum de Farumvilla Decanum Sancti Petri Virorum Aurelianensis Regni Siciliae Vicecancellarium die 24 martii 2 indict. 1274. *fol. 192.*

Fasc. *28.° il 1.° di fol. 305* – Compotum seu acta pendentia domini Francisci de Ceccano Iustitiarii Terrae Bari an. 14 indict. 1330-1331, *dal fol. 1-44.*—Nicolao Castaldo civi et mercatori Baroli pro restitutione mutui, *fol. 305 t.*

Fasc. *28° il 2.° di fol. 204* – Sacrae Domui Militiae Templi provisio contra Carolum de Lagonissa militem Reginm Stazionarium familiarem et Vicarios suos in Civitate Salparum molestantem ipsam Domum in possessione massariae quae dicitur Terra Sipontina in pertinentiis Salparum. Sub die 5 martii 10 indict. anno 1297, *fol. 43. Mancavano fin dal tempo del De Lellis i precedenti 42 fogli*—Domino Balduino de Corbano commissio Capitaniae Trani amoto domino Girardo de Iuort, *fol. 204 t.*

Fasc. *28.° il 3.° di fol. 158* – Domino Bonusmiro Prothontino Bari provisio pro servitio feudali quia comparuit in monstra apud Materam inter feudatarios mittendos in fronteriam Basilicatae pro Casali suo Triviani. in anno 11 indict. 1297-1298, *fol. 3. Mancavano i due fol. precedenti* — Ecclesia Aversana tenet vassallos, *fol. 158.*

Fasc. *29.° il 1.° seu 30 di fol. 257* – Relatio Secreti Terrae Laboris de Demanialibus, quae per ipsum procurantur in ann. 6 indict. tempore regis Caroli Primi. *fol. 1-72.* In Castanea, Dominus Mattheus de Manupello, et dominus Mattheus filius eius gallici tenent dictum Castrum an. val. unc. 38 cum iuribus distinctis. *fol. 257.*

Fasc. *29.° il 2.° di fol. 205* – Mandatum circulare singulis Iustitiariis Regni pro presenti guerra, et armata. Sub die 4 martii 10 indict. anno 1297 inter quos Bartholomeo de Arcu de Neapoli Iustitiario Terrae Laboris, Ioanni Minutulo de Neapoli Iustitiario Principatus, Rostayno de Agoto Iustitiario Capitinatae, Henrico de Mari Iustitiario Basilicatae, Torgisio de Torgisio Iustitiario Terrae Idronti, Gentili de Filiis Ursi de Urbe Iustitiario Aprutii,

Guillelmo Malart militi Vicario Principatus et Stratigoto Salerni, *fol. 1*—Castellano Castri Manfridoniae, et servientibus 20 cum eo morantibus provisio pro gagiis cum notitia Hugonis dicti Bornii Provisoris Castrorum Curiae in Capitinata et Basilicata. Sub die 23 iunii 11 Indict. *fol. 205 t.*

Fasc. *30.° di fol. 135* – Iustitiario Terrae Laboris et Comitatus Molisii mandatum quod imponat subventionem omnibus terris dictae Provinciae pro solvendis stipendiis stipendiariorum, quos apud nos habemus pro pacifico statu Regni nostri, quae subventio ascendere debet ad unc. auri 9304 tar. 6 gr. 12 pro quibus qualibet Universitas eligat de Melioribus et fidelioribus hominibus terrarum in numero consueto pro taxanda, et recolligenda dicta pecunia. Sub datum per magistrum Guillelmum de Farumvilla an. Domini 1276 die 29 decembris 6 indict. Regnorum nostrum Hyerusalem anno primo Siciliae vero 13. *fol. 95 Mancavano i precedenti fogli*—Quaternus recollectionis factae per Simonem de Bellovidere de pecunia generalis subventionis impositae in iustitiariatu Terrae Bari in anno 2 indict. *fol. 217-235.*

Fasc. *31.° di fol. 223* – Compotum Domini Gualterii de Summeroso Iustitiarii Terrae Laboris et Comitatus Molisii an. 4 indict. 1275 et 1276, *fol. 1.*—Quaternus continens omnes terras Aprutii habitatas, exhabitatas, destructas, alleviatas et omissas, factus per Dominum Guillelmum Brunellum militem Iustitiarium Aprutii una cum Domino Leone Sannella Vice Magistro Procuratore et Portulano Aprutii et ibi leguntur omnes terrae et quantitates, quas solvere debent pro subventionibus et fuit factum in anno 1278, *fol. 168-223.*

Fasc. *32.° di fol. 153* – Compotum Sergii Magistri Portulani et procuratoris Principatus, Terrae Laboris, et Aprutii in anno primae indict. et secundae 1272-1273, *fol. 1-74.*—Introitus de iure exiturae frumenti ad rationem unc. 10 pro quolibet centenario salmarum frumenti *fol. 153.*

Fasc. *33.° di fol. 200* – Compotum nobilis Domini Raymundi Flocca Iustitiarii Terrae Bari de pecunia soluta in anno 10 indict. 1341, *fol. 1-26.*—Mattheo de Alagno militi protontino Amalfiae provisio pro solutione an. unc. 12 super cabella buczariae dictae terrae, pro ut sunt con-

sueti habere Prothontini Amalfiae super dicta Cabella, *fol. 200.*

Fasc. *34.° di fol. 196* -- Compotum Lotherii de Senercla olim Iustitiarii Terrae Idronti ann. 12 indict. *fol. 1-7.*—Petrus de Afflicto, Manfredus Castaldus, Riccardus Coppula, Trogisius de Afflicto, Andreas Sanella, Angelus Bos de Ravello, et Ioannes de Sire Docibili de Trano distributores novae monetae extorserunt quantitates a supradictis Iudeis, *fol. 196.*

Fasc. *35.° di fol. 183* -- Quaternus compoti Gerardi miseratione divina Sabinensi Episcopi Apostolicae Sedis Legati Baiuli Regni Siciliae una cum Excellenti Domino Roberto Comite Atrebatense per Sanctam Romanam Ecclesiam constituti de annis 14 et 15 indict. 1286, *fol. 1.*—In S. Angelo monasterium S. Liberatoris de Mayella tenet dictum Castrum exemptum a feudali servitio an. val. unc. 2 cum iuribus dictinctis et tenet etiam Serram Monaciscam, Pelegram, et Pomarium exempta a feudali servitio, *fol. 183.*

Fasc. *36.° di fol. 156* -- Quaternus provisionum Girardi Episcopi Sabinensis Apostolicae Sedis Legati Balii Regni etc. in ann. 14 indict. 1285-1286, *fol. 1-12.*—Manfredus filius Matthei Rufi de Scala habitatoris Baroli extraxit frumentum infra Regnum de mandato Regis Caroli Secundi sub datum die 5 decembris 12 indict. 1298 et fideiussores dedit Pascalem Imperatorem habitatorem Trani, et Franciscum Cicinum de Trano, *fol. 155-156.*

Fasc. *37.° di fol. 155* -- Inventarium terrae S. Felicis cum membris distinctis dictae terrae, *fol. 2.*—In Faraco. Archimandrita Carboni tenet dictam Terram, *fol. 155.*

Fasc. *38.° di fol. 188* -- Appretium Civitatis Aversae cum casalibus pro imponendis subventionibus et collectis, *fol. 1.*—Episcopus Scalensis tenet bona in Iullano, *fol. 188.*

Fasc. *39.° di fol 203* -- Informatio si homines Precinae terras circumcirciter defensae Precinae a Catholicorum Siciliae Regum temporibus consueverunt laborare, et examinantur multi, qui deponunt quod semper consueverunt et ipsi viderunt a tempore domini Imperatoris unde colligitur esse facta per Carolum Primum Regem, *fol. 1-8*—In exitu computi Guillelmi de Ponciaco Iustitiarii Terrae Bari et Ioannis de Ponciaco eius fratris viceiustitiarii dictae

Provinciae in anno 2 indict. asseritur solvisse quantitates in Camera domini Comitis Atrebatensis, *fol. 199-203.*

Fasc. *40.° di fol. 54* -- Collectae impositae Universitati Invenacii per nobilem Dominum Falconem de Roccafolia militem Iustitiarium Terrae Bari tempore Caroli Primi Regis cum omnibus hominibus dictae terrae et quantitatibus eis tangentibus, *fol. 1-10*—Tassatio omnium personarum Terrae Gravinae pro colligenda pena homicidiorum ibi patratorum clandestine tempore nobilis Domini Falconis de Roccafolia Iustitiarii Terrae Bari, *fol. 54.*

Fasc. *41.° di fol. 221* -- Inventarium bonorum quae tenent Religiones quedam in Calabria, *fol. 1.*— In Casali Galoniani. Iura distincta, *fol. 221.*

Fasc. *42° di fol. 133* -- Compotum Domini Lodoysi de Roher Iustitiarii Siciliae citra flumen salsum presentatum in anno 5 indict., *fol. 1.*—Religioso fratri Aymario de Petrucia ordinis militiae Templi provisio pro extractione equi, et armaturarum, quae fuerunt bonae memoriae Philippi filii nostri, quos in Accon ad predictum Templum pro anima ipsius destinamus. Sub datum die 13 aprelis 5 Indict., *fol. 133.*

Fasc. *43.° di fol. 225* -- Inquisitio terrarum Baronum et eorum reddituum et iurium in Comitatu Molisii tempore Caroli Primi, *fol. 1.*—Roberto de Legoniano, Berardo de Caczano, Gualterio fratri eius, Riccardo de Balaniano, Corrado de Legoniano, Raynaldo de Penna, Francisco de Altino, Gentili de S. Andrea, Gualterio Modernio, Iacobo de Colledopnico, et Gualterio Raynaldi de Luco provisio pro feudali servitio. Sub datum die 17 februarii 5 indict. ann. 1277, *fol. 225.*

Fasc. *44.° di fol. 210* -- Computum Magistri Petri de Tholosa Magistri Portulani, et Secreti Apuliae cum actis pendentibus in anno 6 indict. 1292 et 1293, *fol. 1.*— Cabella setae Calabriae totius a porta Roseti usque farum locata fuit Andreae et Philippo de Bonito et Ursoni Cacziolo de Cusentia pro unc. 56 in anno 15 indict, *fol. 210 t.*

Fasc. *45.° di fol. 139* -- Quaternus continens Barones, et feudatarios, et nobiles etiam feuda non tenentes, qui arma habiliter ferre possunt cum terris unde sunt, et in quibus morantur in iustitiariatu Terrae Bari factum precedente inquisitione de mandato Nobilis Domini Goffridi de Summessot militis iustitiarii Terrae Bari in an. 10 indict.

1282, *fol. 1.*— Salerni iura videlicet. Cabella fundici et dohanae unc. 510. Cabella portus, et cupelli unc. 100. Buczaria unc. 26 feudum Marchisanorum unc. 6. Demania unc. 22 Plateae unc. 71, *fol. 139.*

Fasc. *46.° di fol. 247* — Inventarium bonorum et reddituum Maioris Ecclesiae Salernitanae, quae et quos habet in Nuceria Christianorum factum ad instantiam Venerabilis Domini Guillelmi Archiepiscopi Salernitani in anno 1367, *fol. 1.*—Rogerio de Castropignano filio quondam Thomasii de Castropignano provisio pro investitura feudalium per obitum dicti eius patris. Sub datum die 26 septembris 7 indict. anno 1278, *fol. 247.*

Fasc. *47° di fol. 188* — Informatio de terris Comitatus Molisii, et eorum Baronibus tempore Caroli Primi. *fol. 1.*—De collectis impositis in Terris distinctis Terrae Bari de dono imposito per dominum Angelum de S. Angelo Iustitiarium dictae Provinciae in anno 7 indict. Et ibi in Baro distinctio inter nobiles et populares, et nobiles de cognominibus videlicet Carofilio, Pittinato, de Corticio, de Milinciono, de Sergio, Sparano, Gargano, Ameroso, Consilio, Malerba, Ammirato, Grasso, Grassicello, de Effrem et de Montefusculo. *fol. 185-188.*

Fasc. *48° di fol. 212* — Informatio capta in Castro Murconi de mandato Ducali pro inquirendis demanialibus distractis dicti Castri, quod spectat ad demanium domini Ducis. *fol. 1.*—Dominus Raynaldus Cugnettus Thesaurarius Regius. *fol 212.*

Fasc. *49° di fol, 232* — Nerio Casino de Florentia habitatori Neapolis privilegium familiaritatis. Sub die 26 octobris 4 indict. an. 1320. *fol. 2.*—N. Panicaldo de Aversa, mandatum quod solvat pecuniam recollectam pro adohamento bonorum quondam domini Hugonis dicti Russi de Soliaco ad mandatum domini Bertrandi Artus olim Iustitiarii Terrae Laboris et Comitatus Molisii. *fol. 232 t.*

Fasc. *50.° di fol. 102* — Desiatae relictae quondam domini Agnei de Matricio et Tadeo de Matricio filio suo de Suessa Commissio Baliatus Ioannis et Iacobi filiorum et heredum quondam Riccardi de Matricio de Suessa filii dictae Desiatae et fratris dicti Tadei pro feudalibus in Casali Plumbanisii in pertinentiis Calvi, et in Magdalono in anno 12 indict. *fol. 1.*—Dominus Alexander de Piczutis

pro parte Guillelmi filii sui presentavit milites pro Castro Longani, Castro Licinosi, Castro Pontis Landulfi, et feudalibus in Casandrino pertinentiis Neapolis, quae omnia tenet pro parte Dominae Margaritae uxoris suae pro indiviso cum Philippo de Luparia qui reliquam medietatem dictorum Castrorum tenet pro parte Franciscae uxoris suae. *fol. 102 t.*

Fasc. *segnato* ✝ *di fol. 303* — Universitati Casalis Trigiarum de Baronia Formiculae in Terra Laboris vassallis nobilis Cubelli de Antigniano de Capua militis familiaris alleviatio medietatis unc. unius quam solvere tenetur pro collectis in perpetuum. Sub anno 1420, *fol. 1* — Cedula multarum Terrarum Provinciae Terrae Idronti, quae residua debent pro subventione generali. *fol. 302-303.*

Fasc. *52.° di fol. 187* — Gentilis de filiis Ursi miles iustitiarius Aprutii. *fol 1.* —Compotum iurium recollectorum a terra Limate, quae erat quondam domini Thomasii de Presentiano, et ibi multi rendentes in tar. Amalfiae. *fol. 184-187.*

Fasc. *53.° di fol. 111*—In Terra Suberati inquisitio de iuribus baiulationis dictae Terrae cum banco iustitiae etc. *fol. 1.* — Raynaldus de S. Blasio dominus partis casalis Moricini. *fol. 111.*

Fasc. *55.° di fol. 227* — Compotum Portulanorum Baroli de extractione victualium facta a portu Baroli in anno 10 indict. tempore Nicolai Frecze secreti, *fol 1.* — In Castro Lamae. Dominus Rex Carolus, Dominus Iacobus de Sinacurt, et Dominus Petrus Granenatus gallici tenent dictum Castrum cum iuribus distinctis. *fol. 227 t.*

Fasc. *56.° di fol. 63* — Compotum Rogerii secreti Siciliae in anno 10 indict. *fol. 1.* — Item die 14 iunii 10 indict. recepit frumentum a Iacobo Rufulo pro parte Domini Matthei Rufuli precessoris secreti Siciliae. *fol. 63 t.*

Fasc. *57.° di fol. 165* — Compotum rationis Domini Matthei de Riso de Messana, et Iudicis Ioannis Carboni de Piscaria Magistrorum Portulanorum et Procuratorum Siciliae in anno primae et secundae indict. 1275, *fol. 1.* — Dominus Guido de Alamania iustitiarius Capitinatae. *fol. 165.*

Fasc. *58.° di fol. 133* — Quaternus continens bona assignata per Dominum Laurentium Rufulum Secretum, Magistrum Portulanum, et Procuratorem ac Magistrum sa-

lis totius Apuliae nobilibus Dominis Landulfo de Auferio militi de Neapoli, et Mauro Freczario de Ravello eius successoribus in officio tempore Caroli primi; *fol. 1.*— In Spino. Dominus Rubertus de Molisio tenet dictam Terram cum iuribus distinctis. *fol. 133 t.*

Fasc. *59.° di fol. 198* -- Compotum Venuti Assanti de Iscla tarsienarii tarsienatus Neapolis, Notarii Nicolai de Murrono statuti super constructione vasorum Curiae, Notarii Thomasii Amalfitani de Agerulo, et notarii Nicolai Bragotte de Ianna credenzerii dicti Tarsienatus de constructione galeae unius et sagittae unius in anno 1324, *fol. 1.* — Manfridoniae dohana locata est pro presenti anno 9 indict. pro unc. 200. *fol. 198.*

Fasc. *60.° di fol. 206*— Compotum Gaducii Issallae, Ioannis, et Nicolai Severini filii quondam Gahiti, et Raynaldi de Griffy filii quondam Filippi cabellotorum dohanae, et fundaci Neapolis. *fol 1.*—Infrascriptis feudatariis mandatum quod assistant cum Domino Principe Tarentino in Apulia. *fol. 206 t.*

Fasc *61.° di fol. 194* — Compotum Nicolai Capugrassi de Summa de Baliatu filiae et heredis quondam egregii Domini Comitis Guidonis de Monteforti in anno 5 indict. 1292. *fol. 1.* — Multae informationes captae de incisura et venatione in diversis forestis, et defensis, et testes deponunt de tempore Frederici Imperatoris annis triginta retroactis. *fol. 194*

Fasc. *62.° di fol. 201* — Compotum rationis Ansceletti de Limiaco Thesaurarii Illustris Dominae Mariae Hierusalem, Siciliae, et Ungariae Reginae de expensis factis in hospitio dictae Dominae Reginae in anno 5 indict. *fol. 1.*— Expensae factae dum Rex Ungariae moram traxit in Barolo, et multae aliae expensae. *fol. 198 t. 201.*

Fasc. *63.° di fol. 42* — Inventarium terrarum, et bonorum Domini Philippi de S. Angelo sitorum in Comitatu Molisii. *fol. 1.* — Iustitiario Principatus Citra commissio ad inquirendum si passagium Pontis Sileris, sit de iurisdictione Terrae Eboli, an Terrae Campaniae quia Dominus Ioannes de Apia dominus dictae Terrae Campaniae pretendit dictum pontem sibi spectare. In anno 1321. *fol. 42. t.*

Fasc. *65.° di fol. 296* — Inquisitio de proditoribus

tempore Caroli Primi. *fol. 1.* — Saduttus de Adria Rationalis Magnae Curiae et Grafferius Hospitii Regii apodixas facit. *fol. 296.*

Fasc. *66.° di fol. 208* — Quaternus. rationis presentatus per notarium Martucium Siricum actorum notarium iudicum appellationum Magnae Curiae Receptorem et expensorem pecuniae pro constructione Monasterii de mandato domini Ducis Calabriae in Monte S. Erasmi prope Neapolim pro fratribus Cartusiensibus prope Castrum Belfortis. in anno 1325. *fol. 1.* — Iacobus de Benevenuto de Corneto Magister Massariarum Curiae. *fol. 208.*

Fasc. *67.° di fol. 227* — Provisio pro solutione gagiorum. *fol. 1.*— Barones et feudatarii citati ad prestandum servitium feudalem. *fol. 227 t.*

Fasc. *69.° di fol. 151* — Informatio de decimis spectantibus Ecclesiae Putheolanae, *fol. 1.* — Inventarium bonorum stabilium incertorum Castrorum. *fol. 151 t.*

Fasc. *70.° di fol. 254* — Compotum seu acta peudentia iustitiarii Aprutii utriusque in anno 1276,*fol. 1.*— Dominns Castrorum Carpineti, Fara Carpineti, et tertia parte Cretani an. vol. unc. 5. *fol. 254 t.*

Fasc. *71.° di fol. 210*— Compotum rationis expensarum pro reparatione galearum et teridarum Curiae in Apulia et Aprutio. anno 1282. *fol. 6, mancavano i precedenti fogli* — Computum Iustitiarii Aprutii de inquisitionibus concordatis in anno 12 indict. *fol. 188-210.*

Fasc. *72.° di fol. 137* — Compotum Iudicis Ioannis de Capua Magistri Arrestatorum hospitii Illustris Ducis Calabriae in anno 10 indict. *fol. 1.* — Benedicto de Venafro thesaurario familiari Dominae Ducissae Calabriae, concessio quartae partis Casalis Sancti Ioannis de Cappitellis in Terra Laboris et Comitatus devolutae per obitum quondam Mobiliae de Zurlano pro an. red. unc. 2. Sub datum an. 1320 presentibus venerabili Domino R. Albensi Episcopo Cancellario, nobili domino Elisiasio de Sabrano Comite Ariani consanguineo, et domino Nicolao de Sirino Cambellano Consiliariis familiaribus. *fol. 137 t.*

Fasc. *73.° di fol. 148* — Thomasius de Curcumello habet Curcumellum pro medietatis an. vol. unc. 6. *fol. 6, mancavano i precedenti fol.*— Manfridoniae iura distincta sunt locata. *fol. 148 t.*

Fasc. *74.° di fol. 102* — Presbitero Ioanni Marthae de Areis de provincia Provinciae privilegium assumptionis in Cappellanum, et familiarem domesticum per Regem Ladislaum cum consensu et authoritate Reverendissimi domini Angeli tituli Sancti Laurentii in Damaso presbiteri Cardinalis Sedis Apostolicae legati, et Serenissimae dominae Margaritae Reginae Reverendae genitricis, et baliorum nostrorum recepto iuramento fidelitatis ab Antonio Silderio de Provincia sigillatore familiare nostro eius procuratore. Sub datum Gayetae per nobilem Gentilem de Merolinis de Sulmona legum doctorem Magistrum Rationalem Locumtenentem Logothetae et Protonotarii Regni Siciliae Consiliarium die 6 decembris 14 indict. anno 1390. Regnorum nostrorum anno 4. *fol. 1.* — Guillelmo de Monasteriis militi familiari provisio contra vassallos suos angararios Castri sui Gretterii in Sicilia quod ei concessimus, ut redeant ad incolandum ibidem. *fol. 102.*

Fasc. *75.° di fol. 178.* — Quaternus Provisionum Caroli Illustris Regis Roberti Primogeniti Ducis Calabriae Vicarii Regni in anno 2 indict. 1318 et 1319. *fol. 1.* — Goffrido Sclavello Vallecto familiari provisio pro solutione eius an. provisionis unc. 25. *fol. 178 t.*

Fasc. *76.° di fol. 169* — Domino Ioanni Minutolo de Neapoli Iustitiario Principatus mandatum quod annunciet, infrascriptis Baronibus et feudatariis etc. Sub datum Neapoli per dominum Bartholomeum de Capua die 4 augusti 10 indict. *fol. 2, mancava il 1.° foglio.*— Nobili domino Hermengano de Sabrano Comiti Ariani Regni Siciliae Magistro Iustitiario consanguineo Consiliario familiari, ac Iudicibus Magnae Curiae mandatum pro sedandis rixis et scandalis successis inter dominum Herricum de Guerardo Magistrum Rationalem Consiliarium familiarem dominum certarum partium Civitatis Thelesiae, et dominum Gerardum de Genefra dominum reliquarum, ex causa feudi Pullani et quod dicta civitas Thelesiae procuretur per curiam, et eius redditus distribuantur inter eos iuxta numerum partium, ad evitandum scandalum. *fol. 169 t.*

Fasc. *77.° di fol. 205*— Quaternus Provisionum Roberti Ducis Calabriae Primogeniti Regis Caroli secundi in anno 10 indict. 1296 et 1297, *fol. 1.* — Episcopo Gravi-

nensi provisio pro manutentione Terrae Altamurae in sua Diocesi, in qua Regia Curia habet ius statuendi Archipresbiterum. *fol. 205 t.*

Fasc. *78.° di fol. 208* — Compotum Ioannis Principis de Neapoli, *fol. 1.* — Laurentius Castagnola olim Capitaneus Terami. *fol. 208 t.*

Fasc. *79.° di fol. 223* — Acta pendentia nobilis domini Petri Baraballi de Gayeta Iustitiarii Capitinatae, *fol. 1.* — Computum expersarum factarum pro constructione Monasterii S. Martini fratrum Carthusianorum prope Castri Belfortis in Monte S. Erasmi prope Neapolim presentatum per Martucium Siricum de Neapoli actorum notarium Vicariae et Magnae Curiarum appellationum receptorem et expensorem pecuniae pro constructione dicti Monasterii quod quondam Dominus Carolus Dux Calabriae construi providit in anno 8 indict. 1325 — Dietae solvuntur differenter videlicet Magistri fabricatores alii habent gr. 16 alii gr. 15, alii gr. 11. Magistri Maczonerii alii habent gr. 14, 11, 10, 8, 7, 6. Manipuli alii habent gr. 10, alii 8, alii 7, alii 6, alii 5, alii 4. Magistri carpenterii alii habent gr. 14 alii minus. *fol. 190-223.*

Fasc. *80.° il 1.° di fol. 167* — Compotum expensarum in constructione Castri Melfiae cum Turribus et Palatio, *fol. 3, mancavano i due precedenti fogli.*— Castrum Petregallae est an. vol. unc. 10 et med. *fol. 167 t.*

Fasc. *80.° il 2.° di fol. 231* — Compotum Magistri Portulani, et procuratoris Principatus et Terrae Laboris, *fol. 1.* — Dominus Ioannes de Moliens Iustitiarius Basilicatae. *fol. 231 t.*

Fasc. *80.° il 3.° di fol. 308* — Inquisitio de bonis ecclesiasticis in Calabria, *fol. 20, mancavano i precedenti fogli* — Compotum salis Apuliae. *fol. 308.*

Fasc. *81.° di fol. 308* — Magnifico Ioanni de Columna Capitanio Consiliario concessio an. provisionis unc. 250 in perpetuum pro servitiis in quarum compotum datur et conceditur ei Terra Astiliani in Basilicata per Regem Ladislaum in anno 1405, *fol. 4, mancavano i precedenti fogli.* — Maurus de Montedragone provisor Castrorum Terrae Bari et Terrae Idronti. *fol. 308.*

Fasc. *82.° di fol. 206* — Citatio Baronum et feu-

datariorum Aprutii, qui ire debent in Achayam de mandato Goffredi de Modellis militis Iustitiarii Aprutii in anno primae indict. *fol. 1.* — Gallerio dicto Marronus de Sancto Quentino procuratori fisci Consiliario. *fol. 206.*

Fasc. *83.° di fol. 123* — Compotum iudicis Ioannis Potifredi de Ebulo Thesaurarii Curiae Domini Raymundi Berengarii a die primo Madii 2 indict. per totum mensem Augusti eiusdem indict., *fol. 1.* — In Pacili. Dominus noster Rex Carolus tenet dictum Castrum, quod olim tenuerunt Domini de Pacili cum iuribus distinctis. *fol. 123.*

Fasc. *84.° di fol. 168* — Compotum seu acta pendentia nobilis Domini Rabelle de Grimaldis de Ianua Capitanei Baroli assidente cum eo nobili et discreto Iudice Riccardo Aversano de Salerno Iudice, et assessore et notario Petro Manuello de Neapoli actorum notario penes eumdem. In anno 1332, *fol. 11, mancavano i fol. precedenti.* — Compotum Angeli Luciane de Pennalucis Portulani maritimae dictae terrae constituti per Petrum de Venusio Magistrum Portulanum, et Procuratorem utriusque Aprutinae Provinciae de extractione victualium de portu, et maritimae dictae Terrae Pennelucis. *fol. 161-168.*

Fasc. *85° di fol. 174* — Compotum Secretiae Siciliae in anno 3 indict., *fol. 1.* — Dominus Nicolaus Trara Secretus Siciliae in annis 2, 3, et 4 indict. *fol. 174.*

Fasc. *86.° di fol. 300* — Quaternus Baronum, et feudatariorum Terrae Bari cum eorum Terris, quae possident, et an. vol. earum factum per nobilem dominum Riccardum de Aquaviva militem Iustitiarium dictae Provinciae assignatus per eumdem Riccardum nobili domino Petro Rolandi suo successori, *fol. 1.* — Dominus Odorisius de Sangro destitutus est Castro Aquavivae Sanctae Mariae. verum in inquisitione constat quod dictus Odorisius habet patrocinatum tantum dicti Castri, sed redditus sunt monasterii S. Mariae in Basilicata. *fol. 300 t.*

Fasc. *87.° di fol. 262* — Inventarium bonorum consignatorum Secreto Principatus, et Terrae Laboris in anno 5 indict. *fol. 6*, *mancavano i precedenti fogli* — Inventarium, et bona Raymae pupillae filiae quondam Iacobi de Raymo, quae procurantur novus Baliatus. *fol. 7-25262.*

Fasc. *88.° di fol. 197*—Compotum iurium Sigilli in anno 15 indict. *fol. 1.* — Ioannes de Monteforti Comes Squillacii et Montis Caveosi apodixam facit, in qua declarat quod Stephanus Maroganus de Neapoli nuncius nobilis domini Adinolfi Alferii de Neapoli militis Secreti Magistri Portulani, et Procuratoris, ac Magistri salis totius Apuliae ad opus familiae suae salmas frumenti 60 et ordei salmas 50, et mezzinas carnium salitarum 20 ac petias casei 40. *fol. 197 t.*

Fasc. *89.° di fol. 110* — Gerardus Episcopus Sabinensis et R. Comes Atrabatensis Baiuli Regni Siciliae per Romanam Ecclesiam constituti scribunt SS. Patri et Domino Honorio divina providentia S. R. et Universalis Ecclesiae Summo Pontifici constituendo Procuratores Magistros Petrum de Latyera cappellanum eorum, et Guillelmum dictum Nigrum pro solutione census debiti S. R. E. et Venerabili cetui Dominorum Cardinalium per heredes Regis quondam Caroli Regis Siciliae, qui debetur pro duobus annis pro qua solutione destinant iacolia et res alias pretiosas heredum praedictorum quae pridem fuerunt ad Romanam Curiam destinata pro huiusmodi censu solvendo ad obligandum et pignorandum dicta iocalia. Sub datum Fogiae Idibus Martii 14 indict. anno 1268, *fol. 1.* — Compotum cuiusdam Iustitiarii Terrae Bari cum residuis quae debent Terrae expressae dictae Provinciae, *fol. 103-110. Questo fascicolo si componeva di fogli sciolti di carta pergamena.*

Fasc. *90.° di fol. 213* — Inquisitio feudatariorum Terrae Bari. *fol. 1.* — Odetto de Monestay commissio de officio Camerarii Gravinae. *fol. 213 t.*

Fasc. *91.° di fol. 299* — Compotum Nobilis Domini Helisei de Loduno militis Vice Iustitiarii Terrae Idronti et Iudicis Guillelmi de Baro receptoris et expensoris fiscalis pecuniae cum eodem in anno 6 indict. 1277 et 1278 tempore Caroli primi. *fol. 1.* — Dominus Florus Scossidatus emit cantarium unum et rotul. 74 de pice. *fol. 299 t.*

Fasc. *92.° di fol. 221* — Nomina Castrorum Imperialium Terrae Laboris et Comitatus Molisii, et terraeper quas dicta Castra reparari debent tempore Imperatoris Frederici. *fol. 1.* — Universitati terrae Ageroli de Ducatu

Amalfiae alleviatio unc. 4. tar. 15 de an. unc. 12. tar. 15 in perpetum quas solvere debent pro collectis et donis tassis, et aliis pro damnis passis pro fidelitate nostra servanda. per Reginam Ioannam secundam. *fol. 221.*

Fasc. *93.° il 1.° di fol. 204* — Appretium Civitatis Aversae et Casalium pro solutione collectarum, *fol. 1.* — Solvitur quantitates certis mutilatis. *fol. 204 t.*

Fasc. *93.° il 2.° di fol. 244* — Littera officii Consiliarii et familiaris in personam Religiosi fratris Petri de Comitissa ordinis S. Ioannis Ierosolimitani Perceptoris Nealis. Sub datum die 22 Iunii indict 3 an. 1320 per Carolum Illustrem. Et die 24 Iunii fuit expedita commissio in personam notarii Iacobi Pulderici de Neapoli de officio notarii cum Iustitiario Principatus Terrarum Ducalium. *fol. 1.* — Magnifico Hugoni de Ursinis Consiliario, confirmatio venditionis terrae S. Martini in pensulis in Capitinate, quam emit pro ducatis 7 milia cum inserta forma instrumenti manu notarii Francisci Castanea de Gayeta, venditionis ei factae per dominum Regem Carolum. Actum Manfridoniae presentibus magnificis, et nobilibus Herrico de S. Severino Mileti et Belli Castri, Goffrido de Marczano Alifie Comitibus, Marsilio de Confaloneriis, Francisco Dentice dicto Naccarella de Neapoli, Loisio de Gisualdo, et Bartholomeo Tomacello dicto Cincone de Neapoli militibus in anno 1385. *fol. 244.*

Fasc. *94.° di fol. 217* — Civitati et Insulae Lipari privilegium promissionis retinendi eam in nostro demanio, per Regem Ladislaum in anno 1388. *fol 1.* — Spectabili, et Magnifico Sir Ian Caraczulo Duci Venusii privilegium donationis terrae Morrae in Principatu Ultra quae fuit Salvatoris Zuruli olim Comitis S. Angeli pro servitiis prestitis. Actum in Castro Aversae presentibus Magnificis et nobilibus Octino Caraczulo de Neapoli milite Regni Siciliae Cancellario Collaterali, Baldassare de la Rath Casertae et Alessani Comite, Antonello de Gisualdo Milite, Marino Boffa de Neapoli U. I. D. Ioanne Cicinello Camerae Summariae Praesidente, Monacello de Anna, Ioanne Dentice Senescallis, et Gualterio Viola Caraczulo de Neapoli Magistro hostiario nostri hospitii militibus. Sub anno 1426. *fol. 217.*

Fasc. *95.° di fol. 137* — Inquisitio de decimis spectantibus venerabili Episcopo Putheolano super sulfuraria, et Portum Bayarum in anno 1348. *fol. 1.*— Thomasius de Sergio tabernarius. *fol. 137 t.*

Fasc. *96.° il 1.° di fol. 33* — Inquisitio capta in Campomarino de morte quondam Domini Ioannis de Portucannuni qui obiit anno 2 indict. tempore Caroli Primi et sepultus est in ecclesia S. Mariae Casalis Portucandnni, cui successerunt in dicto Casali Portucannuni Domini Gualterius, et Sanso eius filii, et dictum Casale est sexta pars unius militis, et dictus Ioannes erat filius quondam Berardi. *fol. 1.* — Dominus Thomasius de S. Severino Comes Marsorum generalis Capitaneus, et Iustitiarius Terrae Laboris et Comitatus Molisii, in anno 14 indict. , *fol. 33 t.* — ***Dopo questo foglio 33 il fascicolo contenea molti altri fogli, ma tutti consunti ed inservibili affatto.***

Fasc. *96.° il 2.° di fol. 201* — Magnifico Francisco de Ursinis strenuo Capitaneo Consiliario privilegium venditionis Terrae Massafrae etc. *fol. 1.* — ***Questo è il documento da me riportato alla pag. 43 di questo libro.*** Nobili Lelio Calà Magnae Curiae Rationali, provisio contra Petrum de Marano de Casentia molestantem eum in possessione feudalium sitorum Cusentiae, quae ipse tenet ex successione quondam magnifici Cesarini Calà eius patris, praetextu quod bona ipsa spectarent eidem Petro uti heredi quondam Rogerii, et Roberti de Marano, sed bona ipsa ob rebellione dictorum de Marano fuerunt concessa dicto quondam Cesarino. In anno 1454. *fol. 201 t.* — ***Il de Lellis dice falso questo documento pel carattere col quale è scritto.***

Fasc. *97.° di fol 40* — Magister Iacobus Baccus de Merculiano apodixam facit recepisse gagia ab egregio domino Henrico de Sugio milite Iustitiario Terrae Bari ex causa officii actorum notariatus quod exercet penes ipsum. *fol. 1.* — Notarius Berardus de Barolo erarius in officio Rationum apodixam facit de quantitate recepta a nobili Ioannarello de Terreno, de Barolo Secreto, et Magistro salis Apuliae et Aprutii de mandato Domini Guillelmi de Ponciaco militis Magistri Rationalis commorantis in Apulia pro missione fodri ad exercitum excellentis Domini Roberti

Ducis Calabriae Vicarii generalis Regni in Sicilia militantem, in anno 13 indict. *fol. 40.*

Fasc. *98.° il 1.° di fol. 347* — Compotum Roberti de Cabannis Comitis Ebuli Magni Regni Siciliae Senescalli Reginalis hospitii Magister de mandatis solutionum directis Magistro Laurentio de Cava Thesaurario Reginali, ac Grafferio hospitii Reginalis. Sub anno 1346. *fol. 1.* — Dominus Iordanus Spinellus de Summa. *fol. 347.*

Fasc. *98.° il 2.° di fol. 161* — Iacomardo Freneti Gallico familiari concessio unc. centum pro servitiis pro una vice consequendorum super bonis Bartholomei Domini Marini de Civitate Theatina. Sub anno 1382. *fol. 3. mancavano i due precedenti fogli.* — Goffrido Piticto fuerunt concessa bona proditorum Regii. *fol. 161.*

Fasc. *99.° di fol. 119* Ademario Romano de Scala Prothontino Calabriae bucticulario familiari, et Anello Baraballo de Gayeta commissio ad reparandum usserios, galeas, et alia ligna subtilia Curiae sistentia in portu Gayetae cum conscientia Corradi Spinulae de Ianua militis Ammirati Regni Siciliae in anno 1313. *fol. 1.* — Petrus de Aversa huc usque Iustitiarius Terrae Bari, sed ex certa causa noviter translatus ad officium Iustitiarii Basilicatae habet gagia una cum Iudice Iordano Russo de Neapoli iudice et assessore, et notario Allegrantia de Baldantia de Cava actorum notario penes eumdem in anno 12 indict. 1344. *fol. 119.*

Fasc. *100.° di fol. 120* — Riccarius de Stella, Raynaldus de Rocceyo Magistri Rationales, et Angelus de Melfia Thesaurarii Consiliarii familiares tempore Regis Roberti. *fol. 1.* — Servientes decem expressi penes nobilem Dominum Petrum de Scorno militem Regium familiarem, et Ducalem Capitaneum Ducatus Amalfiae apodixam faciunt de receptione gagiorum predicto Capitaneo ad rationem tar. 7. et gr. 10. pro quolibet per mensem manu notarii Francisci de Angelo totius ducatus Amalfiae notarii in presentia Francisci de Mangano Iudicis Civitatis Amalfiae. in anno 7 indict. *fol. 120.*

INDICE

A

B

C

D

E

F

G

H

I

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

U

V

Z